128 335

In Dei Nomine Amen =

Fidem facio per presentes ego Notarius Publicus Foraneus in-
frascriptus Massignani, qualiter per acta Curie Foranee dicti
Loci constat, Reverendum Dominum Nicolaum Palma Procuratorem Domine

Nicole Josie vidue relicte quondam Felicis Trosiani de eodem
sub die prima Julij 1748: obtinuisse mandatum execu-

tivum contra Bona hereditaria dicti quondam Felicis Trosiani
pro summa scutorum $ 22:95; ultra expensas &

debitum pro refactione damnorum illatorum à dicto quondam
Felice, et quondam Bartolomeo Trosiani eius Patre in Bonis

Dotalibus dicte Domine Nicole Josie, prout in processu cause,
ad quem & et vigore dicti mandati fuisse in executio-

ne captam domum hereditariam dicti quondam Felicis Trosiani,
inde subhastatam, et ut moris est deliberatam

ad favorem D. Pauli Palma de eodem melioris obla-
toris nominati à Josaphat Palma pro pretio scu-

torum $ 38:50, et demum in Concursu convocato &
graduatos fuisse infrascriptos D.D. Concreditores,

pro infrascriptis summis Cuilibet ipsorum respectivè 336
solutis, et consignatis, videlicet = = =

Primo pro mercedibus, et expensis $ 06:80:

2us R.R.D.D. Sacerdotes, et clerum Massignani
quibus soluta fuerunt pro Funerali
quondam Magdalene matris dicti quondam Felicis
Trosiani $ 02:70:

Item pro funerali quondam Bartholomei Pa-
tris dicti quondam Felicis Trosiani $ 02:05:

3us D. Josephum Errighi, cui soluta fue-
runt pro collectis cameralibus $ - :71:2 +